

AD  
 ORATIONEM SOLEMNEM  
 MEMORIAE  
**GODOFREDI HOFFMANNI,**

GYMNASII QVONDAM ZITTAVIENSIS DOCTORIS ET  
 MODERATORIS EXCELLENTER PROMERITI,

SACRAM,

ET

D, XI. OCTOBR. AN. MDCCLXIII.

HORA VIII.

A SE HABENDAM

OMNI PIETATE ET HVMANITATE

INVITAT,

SIMVLQVE

DE

FAMILIAE SCHOENBVRGICAE  
 GENERATIONVM SVPPVTATIONE

RECENSIONEM TERTIAM

PRAEMITTIT

*ADAM DANIEL RICHTERVS*

GYMNAS. ZITTAV. DIRECT.



**Q**uid impedit, quo minus jam data occasione licitum esse uideatur, ut *Familiae Schoenburgicae Generationum*, quam jam ante duo annos cepimus, quantum fieri poterit tertia jam uice *Supputationem* repetamus? Perflitimus uero in altera hujus rei recensione et quidem in filio *Georgii de Schoenburg*, domini in *Glauchau* et *Waldenburg*, natu minori et in ordine sexto, qui iam nunc sequitur et fuit

b) **AVGVSTVS** de **SCHOENBURG**, an. 1583. d. 20. Maji in lucem editus, Dominus in *Glauchau*, *Waldenburg*, cet. et Haereditarius in *Greslas*, qui ob chartae angustias in altera recensione nostra de *Familiae Schoenburgicae Generationum Supputatione*, superiori anno edita, usque nunc in hanc nostram tertiam recensioem differendus erat. Rescriptum, quod dicitur, *Imperatoris Adolphi ad Capitaneum Schoenburgicorum in Glaucha uid. in der vorl. Gegen-Anzeige* Veyl. C. 6. *Lippiae* albo Academico **AVGVSTVS** de **SCHOENBURG** an. 1601. d. 2. Maji infertus uehementer quidem studiis ibi litterarum et humanitati operari coepit, sed non satis diu, quum jam anno aetatis 18. ad gubernacula rerum suarum, quibus per nouem annos praefuit, accedere ipsi opus esset. In isto suo regimine de *quadringentis florenis* praesertim non sine causa collaudatur, quos ad *Or-gana*, quae quidem uox ad communem significationem nostri temporis accommodanda est, in templo *Glauchouienfi* tunc reficienda satis liberaliter suppeditauit. In lectulo suo non senectute, sed morbo iuuenis adhuc et in caelibus an. 1610. d. 3. Octobr. mortuus lineam tunc in *Gente Schoenburgicae Glauchouiensem* extinxit, ita ut controersiae morte eius in hac gente exortae non nisi anno demum 1616. mense Februar. emtione ista extinetae sint, de qua litteras *Electoris Iohannis Georgii I.* sententiam suam tunc rogati responsorias uidere est in *der furgen vorl. Anzeige*, Veyl. n. 49. 140. 141. Concionem in funere huius *Augusti a Martino Hammero*, Superintendente in terra *Glauchouienfi*, habitam typis publice exscripsit *Martinus Spiess*, *Gerae in Vari-scia*, anno 1611.

c) **HVGO** de **SCHOENBURG**, nat. an. 1530, qui, separatione agrorum anno 1556. facta, Dominus in *Waldenburg*, *Lichtenstein* et *Hartenstein* factus, sibi eodem anno matrimonio junxit *Annam*, illustrissimam comitem de *Gleich*, quae deinde uida facta an. 1570. mortua est. An. 1559. d. 2. Maji Serenissimus *Electo*r huic **HVGO**NI de **SCHOENBURG** et fratri ejus *Wolffgango* libellum emtionis, quem dicunt, de Possessionibus et syluis *Ober-Crottendorffenibus* scripsit. Emerat uero *Electo*r a Comitibus de *Schoenburg* superiore comitatum *Hartenstein*, ad quem pertinebant 1) *Crottendorffenfes* et *Wiesenthalenfes* syluae, arborum tractus et praedia cum telonio et parte quadam agri in *Wiesenthal*, nostra lingua, *der Raum zu Wiesenthal*, 2) *Ellerlein*, 3) *Schoen-benberg*, 4) *Geyer*, 5) *Neu Wiesenthal*, 6) *Crottendorf*, 7) *Neudorf*, 8) *Alt Wiesenthal*, 9) *Poehle*, 10) *Mitweyda*, 11) *Scheibe*, 12) *Doerflein*, 13) *Telonia* in *Wiesenthal* et *Poehle*, 14) septendecim *Ferrarei*, ueteri stylo nostro 14. *Hammer Meister*, cet. centenis sex et quadraginta millibus florenorum Misensium. **HVGO** de **SCHOENBURG** obiit an. 1566. d. 4. Febr. an. aetatis sexto et tricesimo, tribus filiis relictis, qui sunt

a) **GEORGIVS**, Dominus in *Waldenburg*, nat. 1558. denat. an. 1611. Ex *Eua*, filia *Will-helmi*, Comitis de *Landberg*, et quam an. 1579. d. 23. Nouembr. uxorem duxerat, procreauit filium, de quo nil nisi nomen constat,

**HVGO** de **SCHOENBURG**.

b) **HVGO**, nat. an. 1559. d. 13. Decembr. Dominus in *Hartenstein*, studiis optime deditus, cui etiam tum annum aetatis decimum sextum agenti munus Rectoris Academici apud *Lenenses* an. 1576. d. 18. Jul. oblatum fuit, et qui uir erat magnae pietatis, qui iuuenis olim multas regiones peregrinas perlustrauerat. Bis matrimonio iunctus fuit, 1) cum *Agnete* ex gente *Rhenorum* an. 1582. d. 4. Decemb. *Geruaiae*, quae an. 1583. deceffit, et 2) cum *Catharina Wildensi* et *Rhenana* comite an. 1590. d. 13. Jul. quae in longa et tristissima uiduitate relicta demum an. 1654. uita migravit, iam autem anno 1616. mense Iunio per litteras *Parisijs* adlatas contorquebatur ad tristitiam incredibilem de morte filiorum *Iohannis Wolffii*, et *Viti*, qui uariolis, quos dicunt, ille an. aetatis uigesimo secundo, hic autem uigesimo primo *Parisijs* fato suo praematu-ro perfuncti erant, quibus deinde eodem anno d. 16. Jul. *Hartensteinii* et *Loesnitii* parentatum est. Anno 1582. **HVGO** noster solemnem comitatum *Electoris Augusti*, qui ad comitia *Romana* proficiscabatur, sua celebritate honestauit, id quod testantur litterae *ea de causa missae*. *Vid. Mittelbachs Schönburgischen Ruhm und Ehren-Gedächtnis*, *Anmerckung* 46. Postero tempore apud *Electorem Christianum II.* multum gratia usque ad finem uitae ualuit. Obligacionem reciprocam juris beneficiarii in *Glauchau* et *Waldenburg*, an. 1586. ab *Hugone Bohemiae* datam uide in *Lunig. spicil. Sec. 2. Eheil* p. 1217. Anno 1595. d. 15. Aug. **Hugo** noster de *Schoenburg* *Fridricum Wilhelmum*, tum *Administratorem Electoratus Saxoniae*, magnificentissimohospitio excepit, cui deinde *Schneebergam* proficiscenti comes ibique in iaculationibus solemnibus principum focus fuit. *Vid. Meltzeri Annales Schneebergens.* Anno 1603. per litteras *Dresdam* accitus *Electori Christiano II.* in causis quibusdam grauioribus sententia sua su-

oque consilio adesse debuit. *Vid. Mittelbachs Schönburgisch Nahm und Ehren Gedächtniß, Anmerkung, 48. 49.* litteris ipsis ibidem insertis. An. 1586. quum exequias irent *Electori Augusto, Hugo* et frater ejus *Georgius* signa Prouinciarium, *Hugo* quidem signum comitatus *Eisenberg* in ordine alterum, quartum uero et signum comitatus *Altenburg Georgius* una cum aliis in pompa ista funebri praetulerunt. *Vide Mulleri Annales Freybergens.* p. 352. Iulius etiam funebribus *Sybillae Elisabethae*, Coniugis *Iohannis Georgii I. Freybergae*, d. 25. Februarii an. 1606. interfuit, quo quidem anno *Hugo* ipse aetatis 46. d. 23. Octobr. *Geræ* morte abreptus et deinde d. II. Nouembr. *Hartensteinii* sepulchro datus est. Filii, quos ex Vxoribus suis habuit, septem fuerunt

- 1) GEORGIVS HENRICVS,
- 2) GEORGIVS ERNESTVS,
- 3) HVG0, nat. 1581. Dominus in *Waldenburg*, qui *Walpurgin*, filiam Comitis de *Eberstein*, an. 1602. uxorem duxit. Ab *Imperatore Matthia* litteris accitus an. 1617. adfuit solemnitatibus, quibus *Ferdinandus*, Rex *Bohemiae*, corona imposita inauguratus est. Mortem obiit *Hugo* de *Schoenburg* an. 1644.

4) IOHANNES WOLFFVS, natus 1594. variolis an. 1616. *Parisis* mortuus.

- 5) VITVS, natus 1595. etiam variolis an. 1616. *Parisis* mortuus.
- 6) CHRISTIANVS HENRICVS, natus 1603. qui an. 1626. d. 17. Iul. prope *Kahlenberg* in Ducatu *Brunsvicensi* praelio infeliciter occisus est. *Vid. in tabulario Dominorum de Schoenburg Hartensteinii asseruato Leichen Begängniß, Acta und Notifications-Schreiben.*

7) OTTO ALBERTVS, fratre *Christiano Henrico*, iam nominato, natu maior et iam anno 1601. d. 2. Iun. in lucem editus, Dominus fuit in *Hartenstein*. An. 1650. Moratorium, quod dicunt, ab *Imperatore Ferdinando III.* scriptum in duo annos de uniuersis et singulis creditoribus obtinuit, quia Comitatus et agri omnes et praedia *Schoenburgicorum* belli calamitate funditus euersa erant, ut Comites cum subditis suis tunc nullum ex aere alieno prorsus magno laborarent. Praeter alios autem *Georgius Ernestus* de *Schoenburg*, Dominus in *Lichtenstein*, cui pro magna sua pecunia mutuo data totus Comitatus *Waldenburgensis* subinfodationis *Bohemicae* oppignoratus erat, solutionem actione ab executione incipienda accerrime postulabat. An. 1656. *Otto Albertus* de *Schoenburg Pragam* abiit ab *Imperatore Ferdinando III.* uocatus, ut d. II. Septembr. coronationem *Imperatricis* et d. 14. Septembr. coronationem *Leopoldi, Regis Bohemiae*, sua praesentia cohonestaret, litteris id testantibus Imperatoris nomine insignitis, quae in tabellario supersunt. An. 1665. ipse *Imperatoris* iussu ob sacrorum emendationem praedium *Greslatz*, alias *Greslitz*, Comiti cuidam de *Nostitz* uendidit. An. 1672. d. 30. Iul. uenit *Electo Iohannes Georgius II. Hartensteinium* magno comitatu centum sexaginta octo hominum, et centum quadraginta octo equorum, *Ottomem Albertum* de *Schoenburg* per aliquot dies amice uisere, id quod iterum fecit an. 1678. d. 8. Augusti. siquidem *Otto* noster *Albertus* de *Schoenburg* cum isto *Electore Iohanne Georgio II.* usque ad mortem suam perpetuo et semper in magna gratia fuit. Discessit autem e uita d. 15. Iun. an. 1681. aetatis 81. solus ex fratribus suis, qui familiam profeminauerat. Ex coniuge enim *Ernestina*, Comitissa ex gente *Rhutenorum*, quam sibi anno 1630. desponsatam uxorem duxerat, praeter sex filias tres etiam filios suscepit, qui sunt

- a) HVG0 HENRICVS, mortuus 1641.
- β) ERNESTVS SIGISMUNDVS, mortuus 1648.

γ) OTTO LUDOUICVS, natus an. 1643. d. 16. Septembr. qui deinde unicus haeres patris sui, sede ac domicilio suo *Waldenburgii* constituto, uniuersos subditos in *Waldenburg, Hartenstein* et *Lichtenstein* an. 1681. in sua uerba per iurandum adegit. An. 1683. in causa Domini Territorialis *Electori Saxoniae* libellum memorabilem scripsit, uid. *Vorl. Vegen-Anzeige Beyl. 3. 4.* cui *Electo* non diu post citationem misit et omnes Dominos de *Schoenburg* ad comitia circuli nomine tunc habenda per litteras *Lipsiam* uocauit. *Vid. ibidem.* H. 4. T. n. 7. Hoc eodem anno 1683. *Otto* noster *Ludouicus* obligatione quam sua cauebat *Electori Saxoniae*, uid. *Fürge vorl. Anzeige, Beyl. n. 65. et Lunig. spicil. ser. II. p. 1878.* An. 1696. d. 15. Maji faciebat hic *Otto Ludouicus*, ut *Hartensteinii* facellum arcis a se amplificatum et reparatum sanctissimis religionibus consecraretur, quod quidem facellum arcis iam olim ab *Hugone II.* ex amore Coniugis, quae tenui ualetudine et semper aegra erat, in locum armamentarii antes ibidem extructi constitutum erat, et qui *Hugo II.* iam tunc an. 1584. *Iohannem Zechenderferum* primum concionatorem huic facello arcis praefecerat. Mortuus est *Otto Ludouicus* de *Schoenburg* an. 1701. d. 22. Nouembr. quindecim libris, decem puta filias quinque filios, ex Coniuge *Sophia Magdalena*, quam filiam *Georgii Willhelmi*, Comitis de *Leiningen-Westerburg*, an. 1651. d. 23. Mart. natam, matrimonio sibi an. 1668. d. 12. Ian. iunxerat, et quae deinde uidua an. 1726. d. 17. Octobr. mortua est, susceptis. Filii sunt insequentes

№ 2808 A

X 3370877

1) OTTO WILHELMVS, natus d. 8. Maj. et denatus d. 19. August. an. 1671.  
 2) GEORGIVS ALBERTVS, Dominus in *Hartenstein*, nat. 1673. d. 25. Maj. Bis conjux factus uxorem duxit 1) An. 1697. *Sophiam Sabinam*, natam 1677. d. 10. Nouembr. *Georgii Hermanni*, Comitis de *Wied*, filiam, quae an. 1710. obiit, et 2) an. 1711. d. 19. Mart. *Magdalenam Sophiam*, *Christiani Willhelmi*, *Principis Schwartzburgico-Sondershufsi* filiam Principem, quae uidua relicta d. 14. Jun. 1751. mortem obiit. Filii *Georgii Alberti*, qui iam an. 1716. d. 15. August mortuus est, sunt

a) WILHELMVS GVNTHER, statim in puritia mortuus.

b) FRIDRICVS ALBERTVS, cellissimus Comes ac hodie Dominus in *Hartenstein*, natus 1713. d. 7. Decembr. pulchra eruditione praestans, qui in Gymnasio *Altenburgensi* et deinde in Academia *Lipfensiu* studiis et doctrinae multum operatus est. Duxit uxorem an. 1753. d. 5. Jun. *Erdmutham Magdalenam*, natam an. 1722. d. 17. Nouembr. *Ludouici Fridrici*, Comitis de *Schoenburg in Stein* uel *Ruffsdorff*, ex qua iam duo filios suscepit, qui sunt

α) ALBERTVS FRIDRICVS CHRISTIANVS, nat. 1754. d. 2. Mart.

β) OTTO LVDOVICVS, natus 1755. d. 27. Febr.

3) OTTO WILHELMVS, nat. 1678. d. 14. Nouembr. qui in iuuentute an. 1695. ad Academiam et an. 1701. ad arma *Regis Poloniae* abiit, Dominus in *Lichtenstein*, qui pietatis multum studiosus et de salute subditorum multum sollicitus fuit. In matrimonium accepit 1) an. 1705. d. 23. Maj. *Henriettam Charlottam*, *Curt Reinickens*, Liberi Baronis de *Callenberg in Mufca*, filiam, natam 1682. d. 3. Jun. denatam an. 1710. d. 6. Mart. 2) an. 1713. *Brigittam Sidoniam*, *Henrici*, Baronis de *Hagen in Thuringia*, filiam, natam 1683. d. 23. Febr. quae deinde uidua facta an. 1754. d. 8. August. mortua est. Otto autem *Willhelmus* ipse, senior an. 1738. in Gente *Schoenburgica* factus, mortem obierat an. 1747. d. 15. August. filio superflite relicto, qui fuit

WILHELMVS HENRICVS, nat. 1714. d. 22. Decembr. Nuptias confecerat an. 1744. d.

4. Maj. cum *Willhelmina*, *Caroli Ottonis*, Comitis in *Solms-Vipff*, filiam, natam an. 1723. d. 31. Ian. quae iam iuuenis uidua facta duas filias habet, 1) *Sidoniam*, natam 1745. d. 10. August. et 2) *Willhelminam Henriettam* natam 1746. d. 16. Jul. *Willhelmus* enim *Henricus* jam an. 1750. d. 14. August. immatura morte, qua hanc suam lineam *Lichtensteinensem* extinxit, obiit.

4) LVDOVICVS FRIDRICVS, nat. 1681. d. 4. Nouembr. Dominus in *Stein* uel *Ruffsdorff*. Matrimonio sibi iunxit an. 1706. d. 26. Ian. *Sophiam Catharinam*, *Erdmanni*, Baronis de *Stein in Ost* et *Nordheim* et *Berkach* filiam, natam 1688. d. 13. Mart. quae in uiduitate relicta an. 1748. d. 22. Ian. mortua est. *Ludouicus* uero *Fridricus* ipse iam an. 1736. d. 3. April. mortuus duo filios superflites reliquerat, qui sunt

a) ALBERTVS CAROLVS FRIDRICVS, Dominus hodie in *Stein*, *Marchio-Brandenburgico-Barutinus* intimus *Consiliarius*, *Dapifer* haereditarius et *Eques rubrae aquilae*, natus 1710. d. 20. Nouembr. Ex vxore *Fridricia Carolina*, nat. d. 4. Aug. 1720. *Henrici Caroli de Marwitz*, *Ducis* in exercitu *Regis Borussiae*, filia, matrimonio sibi an. 1743. d. 4. Aug. juncta, iam autem hoc anno 1763. d. 22. April. mortua, filium suscepit superflitem, qui est

OTTO CAROLVS FRIDRICVS, natus 1758. d. 2. Febr..

b) WILHELMVS CHRISTIANVS, natus 1720. d. 13. Ian. Dominus in *Foerbau*, *Caesareus* et *Regius tribuni Legatus*, qui *Henriettam Eleonoram*, *Francisci Henrici*, Comitis de *Schoenburg in Wechfelburg*, filiam, natam d. 29. Aug. 1733. cum qua an. 1751. d. 27. Septembr. nuptias confecerat et filium an. 1753. natum et denatum procreauerat, iam an. 1758. immatura morte abreptus uiduam reliquit.

Reliquam *Familiae Schoenburgicae Generationum Supputationem*, si Deus dabit, alio tempore continuatam dabimus.

Iam haec omnia non alia ex causa dedi, quam ut B. GODOFREDI HOFFMANNI, olim Doctoris et Moderatoris *Gymnasi Zittauensis* excellenter promeriti, memoriam et laudes renouandi occasionem annuum significem, quam ego, quibus uirtutibus affectus sit sub finem Orationis in *Eius* honorem a me habendae breuiter dicam.

Huic Panegyri ut *Magnificus* et *Amplissimus Senatus*, *Reuerendum Sacerdotium* et *Omnes* in uniuersam *Litterati* suam praesentiam indulgere uelint, ego modestè et multum peto et rogo,  
 P. P. XVIII. Trinit. MDCCLXIII.

ZITTAVIAE,  
 LITERIS IOANN. ERNESTI STREMELII.



AD  
ORATIONEM SOLEMNEM  
MEMORIAE  
GODOFREDI HOFFMANNI,

GYMNASII QVONDAM ZITTAVIENSIS DOCTORIS ET  
MODERATORIS EXCELLENTER PROMERITI,

SACRAM,

ET

III. OCTOBR. AN. MDCCLXIII.

HORA VIII.

A SE HABENDAM

IN PRAESENTIA ET HUMANITATE

INVITAT,

SIMVLQVE

DE

INSTITUTIONE SCHOLE SCHEENBURGICAE

PER AGGREGATIONEM SPPVTATIONE

ACCENSIONEM TERTIAM

PRAEMITTIT

DANIEL RICHTERVS

GYMNAS. ZITTAV. DIRECT.

